



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Vigesimumquartum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

A miles quidam iam vita functus, vir bonus & modestus, candidatos illos antecesserat, dixeratque Hermanno, ut se pararet: Episcopum ENGBERTVM velle ipsum inuisere. Cum ergo omnes egressi essent, beatus ENGBERTVS, quem tum obiisse nesciebat æger ille, cum quodam monacho ignoto ad lectum eius accessit; aitque ad eum: Ut habes Hermanno? Respondit ille: Malè, mi domine: vel solum apostema lateris Mira cu-  
mei nimium me cruciat. Tum Episcopus ad monachum se vertens, Ad- ratio febri-  
eò, inquit, confessus est hie vir, ut meritò potuerit animam expirare, citantis.  
Deinde manu tangit apostema, moxque incipit sudare homo: & Epi-  
scopus, cùm ei benedixisset, euanuit. Confestim adiutum se sentiens  
B Hermannus, iam regressis intrò illis, qui exierant, rem omnem expo-  
suit, laudatur ab omnibus Deus, & sanctus martyr eius ENGBERTVS.

## Notatio ad Caput Vigesimumquartum.

## §. Is ante Augustum mensem.

**F**ebrie cœpisse Hermannum an-  
te mensem Augustum, anni M.  
CC. XXV. ex eo colligere licet,  
quod æger dicatur nesciuisse virum  
sanctum *tum obiisse*, vel ut est in ma-  
nuscrip. quod Episcopum *tunc tem-*  
*poris mortuum* Hermannus ignora-  
uerit, idque non vi morbi inducta ob-  
liuione, sed facti ignorantia. Aduer-

**D**bium enim temporis adiicitur verbo *obiisse*, vel participio  
præteriti temporis *mortuum*, vt hinc colligas miraculum  
hoc meritis Sancti nostri patratum haud diu post mortem il-  
lius accidisse, cum vndequaque nondum percrebusset mar-  
tyrium, aut in ministerio S. Martytis ægro, domestico uero cautio-  
ne Heri carissimi crudelè interencionē adhuc celata fuisse.

## §. Ad dies quindecim.

Circa, vel post tempus mortis uxoris.

Ff 2

§. Miles

Hermannus  
de Leche-  
nich.

## §. Miles quidam vita funetus.

Wickardus de  
Hunefc.

Militem hunc seu virum Nobilem manuscript. vocat  
Wickardum ab Hunefo.

## §. Monacho ignoto.

In manuscripto dicitur, Monacho ordinis Cisterciensis,  
quem ipse non nouit.

## Caput Vigesimum quintum.

*De viro Nobili tumore, & dolore pedum duplicitate li-  
berato.*

Nota anti-  
quū vsum  
in oblatio-  
nibus fa-  
ciendis.

**N**OBLIS quidam valde laborabat è pede. Monitus ab Abbatे no-  
stro, ut sancto ENGBERTO cereum pedem voueret, fecit sic, &  
incuratus est: sed tumor & dolor omnis ab illo pede migravit in alte-  
rum. Dicente autem Abbatе, sanctum Episcopum duos velle cereos  
habere pedes, ille alterum quoque pedem vouluit, & repente dolor  
omnis euanuit.

## Notatio ad Caput Vigesimum quintum.

Christia-  
nus de  
Bergis.

## §. Nobilis quidam.

**I**N manuscriptis vir illē nobilis  
Christianus miles de Bergis  
appellatur. Fuerat is à ministerio  
Martyri nostro. Hinc ea vox in  
manuscripto, *Totiens sui in eius ob-  
sequio, spero quod misericordiam  
quam alijs impedit mihi non nega-  
bit. Quin & S. Martyris lateri ad-  
hesisse, conijectur ex literis archi-  
ui parthenonis ad S. Maximini-  
num Coloniæ: quas inter asser-  
uatur diploma, quo B. ENGBERTVS  
donationem quorundam bonorum vel alicuius  
prædij*

